

XIII, 46. Röm. X, 18. &c. Jes. XLIV, 1. LIV, 1. LX, 4. A
L. de Vocatione gentium.
(2) Ex hostibus, quales erant Egyptii, Babylonii,
Philisthai, fieri possunt concives amicissimi, lupus posset
cum agno pascere: Jes. XI, 6.
(3) De Regeneratione in LL, theol.

USUS E VERSU V.

(1) *Laudes Ecclesiae propagare*, de Zione & urbe
Dei dicere honorificè, non dedecet ecclesie vera membra.
Aliud praconium ecclesie Romanæ, nimis corruptæ
ac degenerantis, ad mundanas pompas unicè intentæ, &c.
Conf. Apocal. XIV, 8. XVI, 19. XVII, 5. XVIII, 2. 10.
21. Psalm. LXXVIII, 60.

(2) *Ecclesia [vera]* non habens in terris matrem,
è qua nascatur, non habet quoque in cœlis Deum Patrem.

(3) *Excelsus est*, qui ecclesiam fundavit, qui fun-
damentam servabit, qui servatam glorificabit. Psalm, XLVI,
12. XLVIII, 9.

USUS E VERSU VI.

(1) *DEus in numerato habet omnes suos cives*; con-
scripti hos in libro vite, in manus sua &c. Jes. XLIX, 16.
L. de Provid. & Prædestin.

(2) *Regenerationis opus non sine causâ toties repe-
titur*, cum majoris fuerit laboris hominem resuscitare, quam
facere.

USUS E VERSU VII.

(1) *Civium verorum est*, & Canere & tripudiare,
h. e. animitus in Domino gaudere semper, Philipp. IV,
4. Ephes. V, 18. seqq. *Nunciatum enim est semel gau-
dium magnum ab angelis*: Luc. II, 10. & *regnum DEI*
est gaudium: Rom. XIV, 17.

(2) Omnes fidelium fontes, omnes deliciae refectio-
nesque, sunt in Ecclesiâ, ex ejusdem scilicet privilegiis
ac bonis divinitus concessis. Restant autem fontes am-
icissimi in Jerusalem cœlesti: Ebr. XII, 22. Jes. LIV, 11.
Apoc. XXI, 18.

PSALMI LXXXVIII. DISPOSITIO.

Anxius clamo & desertus. Tentatio desertionis.

Est hic I. Petatio, & quidem (1) exaudi-
onis: (a) quis audiens? *Jehova DEus*
salutis meæ: v. 2. (b) quid audiendum?
clamor diurnus & nocturnus: ibid. *precatio, clamo*,
v. 3. (c) quomodo audiri debeat? *veniat*
oratio mea in conspectum tuum: *inclinata aurem*
tuam ad clamorem meum: v. 3.

II. Miseriae expositio: (1) *anima mea opple-
ta est malis*: v. 4. (2) *vita mea appropinquavit*
inferno: v. 4. (3) *computor cum descendantibus in*
foveam: v. 5. (4) *suum instar viri robore destituti*:
ibid. imo (5) *derelictus deprehendor inter*
mortuos, saucios, sepultos, ex omnium memoriam
extinctos, à manu tua prorsus separatos: v. 6.
*posuisti me in abyssum imam, in caligines, profun-
ditates*: v. 7. (6) *ira tua me operuit*: v. 8. (7)
universis fluctibus tuis me affligis: ibid. (8) ali-

Benatus sum penitus ab amicis meis; tanquam
abominabilis: v. 9. (9) *incarceratus sum gravi-
ter*: ibid. (10) *oculus meus præ mœrore conta-
buit*: v. 10.

III. Precum repetitio (1) generatim: *clamo*
ad te quovis & totò die: *expando manus meas ad*
te: v. 10. (2) Speciatim quoad argumenta in
precibus adducta: (a) *miracula non fiunt in*
mortuis, ita ut mortui resurgent, & te celebrent:
v. 11. (b) *in sepulcris non celebratur tua gratia ac*
veritas: v. 12. neque *miracula & justitia tua*:
v. 13. (c) *Ego nunc (in terra viventium ad-
huc) clamo precorque manè*: v. 14. (d) *Quare*
repudiabis animam meam? v. 15. *occultando vul-
tum tuum?* ibid. (e) *miser, exspirans, gravis-
ime sum attonitus*: v. 16. 17. 18. (f) *elongasti à*
me amicos meos omnes: v. 19.

PSALMUS LXXXVIII.

EXPLICATIO VERSUS I.

שִׁיר מִזְמָרֶת Canticum Psalmi:] vide Psal. XXX,
1. & quæ dicta proximè Psal. LXXXVII, 1.

לְבָנֵי pro filius Korachi:] vide Psalm. XLII, 1. &
LXXXIV, 1. Tristissimum hunc & præ cunctis reli-
quis psalmis extremè lamentabilem inde ab initio
ad finem usque annotant h. l. Belge, Beza, &c.
unde non male colligitur, passiones has incom-
parabiles non nisi à Messia sustineri potuisse.

לְמַכְלִיל præcentori:] vide Psalm. IV, 1.
מְחַלֵּל:] de voce hac vide Psalm. LIII, 1. ubi
semel adhuc, nusquam alibi in sacris occurrit.
(Luth. olim: im Chor um einander; postea: von
der Schwachheit des Elenden: Hieronym. per cho-
rum. Ad musicam pertinere censet Muis, Cajet.
sed Kimchi ignorantiam profitetur, tit & Coccejus.
De instrumento singulari, lugubribus accom-
modatō, Hoen, Genebr. ut olim tibia, & nunc lyra
Ibernica. Tirin, Piscat. de infirmitate affligente.
Jan. & Gatak. cinni pag. 125. referunt ad pnevmati-
cum instrumentum.

לְעַנְיָנִים ad mutuō cantandum;] & quasi per

Cresponsoria, descendit namque ex **עֲנָה** respondit,
& in Piel cantavit alternatum, ut Exod. XXXII, 18. vo-
cem vel sonum **עֲנוֹן** canere vel cantus ego audio;
Jes. XXVII, 2. **עַפְרָה** accinete ei; (vineæ) Schnepf.
propter afflictionem. Hieron. ad præcinendum.
Bellarm. ad respondendum alternatum canendō.
Sic & Hoen. Item Gatak. l. c. p. 126.

מְשֻׁכֵּל: sic Psalm. XXXII, 1. informans; videlicet
de ratione precandi, &c. Walth. cent. miscell. p. 197.
Psalmum hunc, fuisse scutum suum in tentatio-
ne Brunsv. testatur. Sie de homine tentatō
Schnepfus, simul referens, quosdam & doctos vi-
ros expouere de Christo; (tales sunt Hier. August.
Euthym. Hoen. Jansen. Cajetan. Coccejus.) De Chri-
sto & ecclesiâ simul, Brentius; de afflictō, vel cor-
pore, vel animō, etiam Gesnerus.

לְהַיָּם Hemaniis:] fuit hic Samuelis ex Joële
nepos, de filiis Kahathitarum. Paral. VI, 33. can-
tor, ibid. & cap. XV, 17. relatus inter eos, qui pro-
phetabant in citharis, psalteriis & cymbalis, cap.
XXV, 1. imo vocatus videns vel propheta regis in
verbis Dei ibid. vers. 5. sub potestate habens suā
Rrr 3

cantos